	Fuss üb. d. Oberfl. d. Meeres.
Buitenzorg (sprich Beutensorg)	+ 850
Tjipannas	3350
Tjiboddas	4300
Tjiburrum (sprich Tjibürrüm)	5100
Kandang badak	7550
Pangerangoh	9600

Dieser Catalog ist durch den Hortulanus Teysmann und dessen Adsistent Binnendyk ausgegeben und enthält eine sehr bedeutende Zahl Pflanzen mehr, als der meinige in 1844 an's Licht gebracht. Bei jeder Pflanze ist der einheimische Name hinzugefügt, sowie der Garten, in welchem sie erzogen wird; ebenso das Vaterland. Geordnet ist der Catalogus nach Endlichers Genera plantarum und, soweit das Werk erschienen war, nach Bentham und Hooker's Gen. plant. Ein alphabetisches Register der Familien und lateinischen Genusnamen folgt, und hierauf ein alphabetisches Register der inländischen Namen mit hinzugefügter botanischer Benennung und dem Vaterland. Diagnosen neuer Pflanzen sind nicht gegeben, sie finden sich in der Natuurkundig Tijdschrift voor Nederlandsch Indien voor 1857—1866 zerstreut (**2.** 303 etc., **3.** 326 etc., **4.** 396 etc., **5.** 487 etc., **24.** 305 etc., **27.** 15 etc., **28.** 164 etc., **29.** 237 etc.) sowie auch mehrere davon bei Miquel in seiner Flora Ind. or. belg. zu finden sind.

Sobald ich den Plan des Gartens mit der Erläuterung erhalten habe, werde ich sofort davon nähere Mittheilung machen.

Cleve, 10. Aug. 1868. C. Hasskarl.

Addenda nova ad Lichenographiam europaeam. Continuatio octava. — Scripsit W. Nylander.

1. *Pyrenopsis homoeopsis* Nyl.

Similis *P. grumuliferae* Nyl. in Flora 1867, p. 369, sed sporis majoribus (longit. 0,011—18 millim., crassit. 0,007—10 millim.) et thallo intus (praesertim sub apotheciis) pallidiore, gonimiis majoribus (crassit. circiter 0,007 millim.). Thallus fuscus tenuis subgranulosus. Apothecia in humido statu latit. circiter 0,2 millim., epithecium incolor, paraphyses graciles; iodo gelatina hymenea vinose rubens vel vinose fulvescens.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0344-4

Supra saxa micaceo-schistosa in Ben Lawers Scotiae (Jac. Crombie).

Observetur etiam, in *P. grumulifera* thalamium esse supra lutescens.

2. *Lecidea psammoica* Nyl.

Thallus obsoletus (cinerascens tenuissimus vix conspicuus); apothecia nigricantia vel lurido- nigricantia (humida pallidiora) planiuscula (diam. circiter 0,5 millim.) immarginata; sporae 8nae incolores ovoideo oblongae intus 3—5-septatae et varie divisae, longit. 0,016—24 millim., crassit. 0,007—9 millim., paraphyses graciles, epithecium et hypothecium incoloria. Jodo gelatina hymenea non tincta.

Supra terram arenosam prope Hempelburg in Silesia (legit Ohlert, 1866), cum *Lecidea uliginosa*.

Species multis notis notabilis, etiamsi facie externa parum eminens. Thallus gonidiis manifestatur diam. vulgo 0,011—14 millim. Accedere videtur analysi ad Gyalectas, sed apothecii forma minime gyalectina. Thalamium supra vel epithecium (lamina tenui) luridescens. Paraphyses apice non vel vix incrassatae. Thecae demum pyriformi-turgidae (crassitie usque 0,027—32 millim.).

Jodo solum protoplasma sporas in thecis ambiens adultis vinose fulvo-rubescens.

3. *Lecidea subturgidula* Nyl.

Thallus albidus vel virescens tenuissimus effusus; apothecia livida vel pallide sordide livida opaca convexa (latit. circiter 0,5 millim. vel paullo majora) immarginata, sectione hypothecium fuscum et pars supera sectionis stratum albicans sistentia; sporae 8nae incolores oblongae simplices aut tenuiter 1—3-septatae, longit. 0,008—14 millim., crassit. 0,003—4 millim., paraphyses non discretae, epithecium album (vel versus lucem visum flavescens), hypothecium fuscescens. Jodo gelatina hymenea coerulescens (dein saepe fulvescens).

Ad lignum Ilicis vetustum in Anglia, New Forest (Crombie).

Tangere videtur *L. apochroellam* Nyl. in Flora 1865, p. 6, et 1867, p. 373, sed differt praesertim sporis majoribus et demum 3-septatis, hypothecio fusco vel fuscescente (nec luteo-fuscescente).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0345-0

4. *Lecidea moestula* Nyl.

Thallus obscure cinerascens tenuis depresso-subgranulatus vel evanescens; apothecia nigra minuta (latit. 0,2—0,4 millim), planiuscula vel convexiuscula, immarginata (interdum margine obsoleto), intus incoloria; sporae 8nae incolores ellipsoideae simplices, longit. 0,007—8, crassit. 0,0025—0,0035 millim., paraphyses non discretae, epithecium incolor (vel passim vage nonnihil obscuratum), hypothecium totum fusco-obscuratum. Jodo gelatina hymenea vinose rubens (praecedente coerulescentia levi).

Supra ligna fabrefacta vetusta prope vicum Lyndhurst in New-Forest (Crombie).

Apothecia sat conferta. Maxime accedere videtur ad *L. myriocarpoidem* Nyl. (cfr. Flora 1866, p. 86), quae vero apothecia habet magis sparsa laminaque tenui visa epithecio distincte luteofuscescente, hypothecio fusco infra (et perithecio) pallidiore, gelatinam hymenialem iodo coerulescentem (dein lutescentem), etc. Accedit quoque versus *L. dispansam* Nyl. (cfr. Lich. Lapp. or. p. 186) et versus *L. turgidulam* Fr. Spermatia oblonga (longit. 0,0040—0,0045 millim., crassit. 0,0015 millim.), sterigmatibus brevibus.

5. *Lecidea leptostigma* Nyl.

Apothecia (parasitica verisimiliter in thallo albido mediocri rimuloso) fusco-nigricantia plane innata (latit. circ. 0,4 millim. vel minora) tenuia gregaria; sporae 8nae globosae vel globoso-ellipsoideae (diam. 0,005—9 millim.) in thecis cylindraceis uniseriatae, paraphyses mediocres sursum sensim crassiores (et versus apicem sordide lutescentes), hypothecium vix lutescens. Jodo gelatina hymenialis non tincta.

Supra saxa micacea in Scotia (Crombie).

Forte sit fungillus.

6. *Lecidea parasemella* Nyl.

Parasita. Similis, quoad apothecia, *L. parasemae* et forsitan ejus varietas, sed apothecia minora (latit. circiter 0,4 millim.) et sporis turgidioribus (longit. 0,012—15 millim., crassit. 0,009—0,011 millim.); hypothecium fuscum, epithecium coerulescens, dein nonnihil obscurata.

Supra thallum *Lecideae vernalis* in Lapponia, Pahtvaara Norrlin).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0346-6

7. *Lecidea Crombiei* Jones.

Thallus sulphureus vel albido-sulphureus (hydrate kalico flavo-tinctus) mediocris inaequalis rimoso-diffractus vel passim subareolatus, hypothallo nigro limitatus, apothecia nigra mediocria (latit. circiter 1 millim.) innata convexiuscula immarginata, intus cinerascenti-obscurata; sporae 8nae incolores ellipsoideae, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,006—7 millim., thalamium coerulescens, epithecium coeruleo-nigricans, paraphyses non bene discretae, hypothecium incolor (vel dilute rufescens). Jodo gelatina hymenialis coerulescens (thecae apice magis tinctae).

Supra saxa in monte Scotiae Glen Callaben (Crombie).

Hypothallus niger passim inter areolas thalli visibilis. Species haec, a beato Jones distincta, prope *L. theiodem* Smmrf. locum habet.

8. *Lecidea postuma* Nyl.

Thallus cinerascens evanescens; apothecia nigra minutula (latit. 0,2—0,3 millim.) planiuscula marginata, intus concoloria; sporae 6—8nae incolores (vel fuscescentes) ellipsoideo-oblongae 3-septatae (additis saepius septulis obliquis vel longitudinalibus parcis), longit. 0,015—16 millim., crassit. 0,006—7 millim., epithecium et hypothecium fuscescentia.

Ad rupes maritimas in Scotia (Crombie).

Vix est nisi varietas depauperata, deminuta *Lecideae petraeae*, etiam sporis minoribus [1]).

9. *Arthonia subvarians* Nyl.

Similis *A. varianti* (Dav.), sed sporis 1-septatis (longit. 0,011—15 millim., crassit. 0,0045—0,0055 millim.). Jodo gelatina hymenialis vinose fulvo-rubens.

Ad muros in Silesia (Ohlert), super apothecia *Lecanorae galactinae* var. *dispersae* (Pers.), Nyl. in Bullet. Soc. Bot. Fr. XIII (1866), p. 368.

---

1) Memoretur hic obiter ***Lecidea conspirans*** Nyl., cui thallus albus sat tenuis granulatus; apothecia nigra (diam. circiter 0,7 millim.) opaca plana marginata, intus obscura; sporae 8nae fuscae ellipsoideae 1-septatae, longit. 0,010—12 millim., crassit. 0,006—8 millim., paraphyses gracilescentes clava minuta apicis fusca, hypothecium fuscum, iodo gelatina hymenialis coerulescens. In Nova Granata, Hodna (altit. 250 metr.), supra andesitem (Alex. Lindig, 1863). A ***L. disciformi*** differt (forte ut sola varietas) thallo granuloso et sporis minoribus, Hydrate kalico thallus mox flavus, dein cinnabarinus evadit.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0347-1

10. *Rimularia limborina* Nyl.

Thallus cinereus tenuis rimulosus vel subarcolatus; apothecia nigro vel fusconigra opaca rugulosa depresso convexiuscula (latit. 0,2—0,4 millim.) rotundata vel oblongo-rotundata, medio depressiuscula et rimula subtili (saepe subradiante) fisso, intus cinerascentia; sporae 8nae incolores (demum fuscescentes vel fuscae) ellipsoideae simplices, longit. 0,018—25 millim., crassit. 0,011—16 millim., paraphyses gracilescentes irregulares et saepe ramosae, perithecium (peridium) etiam supra nigrum, infra (hypothecium) fusconigricans. Jodo gelatina hymenialis fulvo-rubens (praecedente coerulescentia levi).

Supra saxa granitosa in Gallia, Haute Vienne (Ripart, 1865), socia *Lecanorae cinereae* var. *gibbosae*.

Genus peculiare novum, *Mycoporo* quodam modo affine, sed apotheciis supra demum rimula subradiosa vel simpliciore dehiscentibus. Inter Pyrenocarpeos hic Lichen locum obtinere non potest, nam nullum habet ostiolum punctiforme. Ceteroquin *Mycoporum* et *Rimularia* apothecii typum offerunt proprium, qui nec apothecium discocarpum nec pyrenocarpum sistit; ab illo scilicet differt perithecio supra continuato totumque hymenium involvente; ab hoc (pyrenio) differt ostiolo non regulari contractoque nec anaphysibus intus munito, sed rimula vel varie dehiscente. Adest hic *peridium*, fere sicut in Fungis variis. Distinguenda est duobus generibus allatis tribus propria, quae dicatur *Peridiei*.

Addere liceat hoc loco observationes varias.

Parmelia fuliginosa (Fr. in Dub. Bot. Gall p. 102) specie distinguenda est, ob reactionem erythrinicam addito medullae hypochlorite calcico, a *P. prolixa* et *P. olivacea*. Etiam corticola obvenit (Schaer. L. H. 370 et 371, etc.).

Parmelia lanata var. *subciliata* Nyl. differt a typo receptaculo papillis spinuliformibus vel corniculis thallinis ciliato. In Scotia, ad rupes calcareas, Braemar (Crombie).

Pertusaria pruinosa Kphb. Exot. Flecht. Herb. Wien, p. 24 (326) est *P. caesia* (Flot. in Bot. Zeit. 1850, p. 571, sub Phlyctide), ir regionibus mediterraneis late distributa.

Polystroma Fernandezii Clem., Ach. Syn. p. 136, sine dubio est *Ozocladium* Montagnei et verisimiliter ejus *O. Leprieurii*; nomen Clementei evidenter conservandum, et descriptio in Ens.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0348-7

Add. p. 299 est optima. Speciminibus e Guyana gallica a Mélinon missis optimis, ad ramulos *Eugeniae*, examinare licuit omnibus partibus hunc lichenem maxime singularem, qui secundum Clemente etiam in Hispania (sine dubio tum maxime meridionali) occurrit. Hymenium fabricam sistit Thelotrematum, paraphyses graciles strictiusculas, gelatinam iodo non tinctam, sporas 8nas incolores fusiformes transversim 6—8-loculares (longit. 0,014—17 millim., crassit. 0,003—5 millim.). Spermatia oblonga minutissima, sterigmata brevia simplicia. Pertinet *Polystroma* ad subtribum *Thelotremeorum*, cujus sistit typum cupulis receptacularibus proliferis. Figura analytica, quam dedit apothecii Montagne in Ann. Sc. nat. 3, XVI, t. 16, omnino est manca, sed facies totius Lichenis ibi bene exprimitur. Cfr. Nyl. Syn. p. 254 et 255.

Lecanora discolorans Nyl. est *Lecidea discolor* Hepp Flecht. 319, 320 (etiam Anz. Longob. 193).

In *Lecanora homobola* Nyl. Lich Nov. Granat. Addit. p. 541 occurrunt arthrosterigmata optime evoluta. Similia verisimiliter invenienda sunt in Lecanoris affinibus a me descriptis; inde nexus elucet cum stirpe *L. cerinae*.

Lecidea pulverea Borr. (*L. incana* Del., Nyl. Prodr. Gall. Alger. p. 139) etiam apotheciis obvenit carneo-pallidis,

Lecidea cupreiformis E. Nyl. differt a *L. cuprea* Smmrf. epithecio rufescente e capitulis paraphysum distinctis. Observantur etiam paraphyses articulatae. Adest quoque in Scotia (Crombie) thallo albido tenui subgranulato-concrescente, sporis longit. 0,010—18 millim., crassit. 0,0045—0,0055 millim. Apothecia rufofusca vel nigricantia.

Lecidea distans Kphb. in Flora 1855, p. 71, Anz. Longob. 152 (*L. straminea* Anz. Cat. Sondr. p. 81) est Lecidea stirpis *L. parasemae*, facie fere *L. lactae* Flk. Spermatia arcuata.

Lecidea stigmatea Nyl. Prodr. Gall. Alger. p. 141 est *L. aequata* (Ach. L. U. p. 171).

Lecidea ocellata * *praeponens* Nyl., thallo flavo areolato-verruculoso vel tenuiter granulato-verruculoso, apotheciis subinnatis (non a thallo marginatis) rugulosis immarginatis; sporae longit. 0,015—17 millim., crassit. 0,008—0,010 millim. Supra saxa ad mare prope Abredoniam in Scotia (Crombie).

Ad *Lecideam globulosam* Flk. pertinet *Bilimbia pyrenocarpoides* Anz.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0349-5

Verrucaria cinerella Flot. var. *megaspora* Nyl. sporas habet longit. 0,023—36 millim., crassit. 0,009—0,013 millim. Ad cortices in Gallia (Grouan, Ripart) et in Anglia (Crombie).

Sagedia rugosa Anz. est *Thelopsis melathelia* Nyl. in Flora 1864, p. 358, omnino similis scoticae.

Gelehrte Gesellschaften.

Versammlung der Abgeordneten der gelehrten Gesellschaften Frankreichs.

Sitzung vom 15. April. Musset, Mitglied der Akademie von Toulouse, lenkt die Aufmerksamkeit der Versammlung auf eine beständige Form der Bäume, auf die man noch nicht geachtet hat. In allen Fällen sind die Stämme der Bäume nicht kreisrund, sondern elliptisch; sie zeigen beständig in der Richtung von W. nach O. eine Verlängerung und auf den Seiten nach N. und S. eine Abplattung. Der Durchschnitt eines Stammes bietet daher einen grossen und kleinen Durchmesser, deren Richtung bei allen Bäumen, die sich unter normalen Umständen entwickelt haben, sei es in der Ebene, sei es auf Bergen, identisch ist. Diese Richtung rührt von dem Einflusse der Rotation der Erde her. Die Entwickelung der grossen Zweige stützt diese Hypothese.

Der Vorsitzende, Leverrier, bemerkt, dass man die Form der Bäume auch dem Einflusse des Windes zuschreiben könne, der in Frankreich, wie in England, vorherrschend in der Richtung der Verlängerung der Baumstämme weht.

Musset glaubt sich berechtigt, den Einfluss des Windes auf die Form der Bäume zu leugnen, denn zu Toulouse ist der Südwind der vorherrschende und hat er Bäume beobachtet, die dem Winde sehr ausgesetzt sind und nichtsdestoweniger keine Ausnahme von der allgemeinen Regel bilden.

Duval-Jouve, von der naturwissenschaftlichen Gesellschaft in Strassburg, legt Glasplatten mit Präparaten von *Equisetum* vor, die alle Einzelheiten der Structur in einer erstaunlichen Feinheit zeigen. Er berichtet ferner die Resultate seiner eingehenden Studien über die Modificationen der Gefässe eines dortigen grossen Farnkrautes, der *Pteris aquilina*.

Sitzung vom 17. April. Graf von Saporta, Mitglied der Akademie von Aix, theilt sehr interessante Beobachtungen über

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0350-6

Differt jam sporis quinque-septatis a comparanda *O. atra* f. *Chevalieri*. Differt etiam ab *O. vulgatae* formis saxicolis mox sporis crassioribus. Spermatia recta, longit. 0,006—7 millim., crassitiem haud 0,001 millim. adtingentia.

15. *Verrucaria scotodes*, Nyl.

Thallus fuscoumbrinus sat tenuis, passim rimulosus; apothecia (innata in tuberculis mastoideis, latit. basi circiter 0,3 millim., vel obtuse parum prominulis) perithecio subincolore (supra solum fusco vel fuscescente); sporae 8nae ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae 3-septatae, longit. 0,024—30 millim., crassit. 0,011—13 millim., paraphyses nullae. Jodo gelatina hymenialis vinose rubens.

Ad saxa maritima prope Lyngenfjord in Lapponia (Norrlin). Facie *V. umbrinae*, sed sporis omnino differens affinisque *V. pyrenophorae*.

Lecanora picea (Dicks.), thallo et apotheciis piceo-nigricantibus, ut subspecies differre videtur a *L. badia*. Sporae oblongae, longit. 0,009—0,011 millim. Optimam in Scotia legit Crombie.

Lecanora varia var. *subintricata* Nyl. Datur in Fellm. Lich. Lapp. or. n. 133. Est facie quasi inter var. *saepincolam* et var. *intricatam* media, sed differt bene sporis minutis (longit. 0,007—0,010 millim., crassit. 0,0030—0,0035 millim., paraphysibus tenellis). Saepe ecrustacea apotheciis biatorinis versicoloribus e pallido-lutescentibus olivaceis vel olivaceo-nigris, demum convexis totis concoloribus (junioribus planis, margine lutescente). In Lapponia praesertim obvia ad ligna et cortices.

Pertusaria carneopallida (Nyl.). Libenter assentio reverendo Anzi, hunc Lichenem (quem antea perperam duxeram ad Lecideas) esse Pertusariam, postquam videre licuit specimina optime evoluta apotheciis pulvinato-convexis lecta in Lapponia ad corticem populi a Norrlin.

Lecidea disciformis var. *meiosperma* Nyl. Subsimilis typo, apotheciis vero (saepe caesiopruinosis) sporis minoribus (longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,005—7 millim.). Ad saxa in insula Caesarea (Larbalestier).

Corrigendum.

p. 346, lin. 34: caesia lege caesioalba.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0480-9

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1868

Band/Volume: 51

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 342-348